



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Noremburgæ, 1523**

**VD16 K 320**

54 Item quum Abbas quispiam, aut abbatisa eligitur ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

et aqua benedicta, sale, herbis, & similibus fieri solet, idque absque precio & expensis laicorum, ne populus simplex ita educatur, & damno afficiatur, nec non auariciae detestandae praesumptio euitetur.

### QVEMADMODVM DE NOVA SANCTI

cuiuspiam celebritate partem petant oblationis.

- §2 Deinceps, si forte per diocesim episcopi alicuius noua effertur Sancti celebritas, ad quem passim concursus fit, tum episcopi aut praelati eo loci, oblationum omnium tertiam, aut certe quartam partem sibi vindicare praesumunt. Quod tamen domestica eorum, nempe canonica iura, eis non permittunt, quin oblata illa pecunia, potius ac merito, pro totius Christianae reipub. necessitate, ad contrahendum militum manum, parandamque expeditioni bellicae com meatum contra Turcas usurparetur, aut certe in proximi verteretur necessarios usus.

### QVO PACTO ILLICITAM A PRAEPOSITIS

monasteriorum deo dicatarum virginum petant pecuniam.

- §3 Item, quum monasteria aliqua deo dicatarum virginum, per praepositos, seu praefectos gubernentur, qui tamen ad libitum officio hoc moueri possunt: neque enim perpetua est haec praepositura, attamen episcopi, acceptioni aut missioni praepositorum, prius consensum suum adhibere recusant, quam a monasteriorum deo deuotarum, simpliciumque puellarum pecuniae aliquid numeratum fuerit.

- §4 Item quum Abbas quispiam, aut abbatissa eligitur, conunguntur iterum per suffraganeos consecrari, licet antea ut monachi & moniales satis superque sint consecrati, Suffraganeorumque cum suis regie excipere & pascere, ac insuper tam muneris loco, magnam persolucere pecuniam. Quae res non in paruum damnum cedit monasteriorum, sed etiam illorum, quibus monasteria illa sunt subiecta. ¶ Insuper Pontifices summi multa ac varia in curia Romana excogitarunt officia, quae



ipſi immāni vendunt precio, quod quidem illi perſoluere coguntur, qui ( ita iubente Pontifice ) opera talium indigēt officialium, ſeu ſcriptorū. Hinc euenit, vt natio Germanica, præcipue vero Epifcopi, quoties Pallium redimunt, aut confirmationem a Romano petunt Pontifice, ac multi alij oppido aggraentur, ac longe plus q̄ elapſis annis, pecunias ſuas dilapidare compellantur. Hinc facile conijcere licet, quot Romæ, quantiq; laquei pro emungendis nūmis tendantur. Quas propter talia officia merito deleri debent.

DE ARCHIPRESBITERORVM OFFICIALIBUS, & alijs iudicibus eccleſiaſticis.

Archiprebyterorum quoq; officiales, vt plurimum, ſunt 55 indocti, inhabiles, inſuper & ſcurrilibus moribus, nihil penſi habentes, nihil auentes, q̄ pecuniam, Et q̄ notorie in publicis degant peccatis ac facinoribus, quotidiano diſcitur uſur, per quod laici, quos ob admiſſa, debito modo corripere, ac in pietate Chriſtiana eruditiores & meliores reddere debebant, nedum ad meliorem frugē non perducuntur, ſed offendiculis onerantur potius. Ad hæc per leues ac viles has officialium perſonas, in quorum conſcientijs, nulla Chriſtiane pietatis viget ratio, ſed tantum ſcleratus habendi amor, laici miſere ad viuum uſq; in bonis ſuis ſpoliantur, ac deprædantur. Id quod Archiepi & epifcopi, ſi quidem re vera quod dicuntur, eſſent, hoc eſt Chriſti paſtores, dubio procul, diutius non tolerarent, oueſq; Chriſti talibus offendiculoſis paſtoribus curandas, minime cōmendarent, paſcēdaſue cōmitterēt.

Q̄ INIQVE LAICI AD VETITVM TRAHANTUR eccleſiaſticorum tribunal.

Fere & hoc quoq; accidit, vt laici ad eccleſiaſticorum, licet per inique, trahantur iudicium. Nam etiamſi actor ſit eccleſiaſticus, qui laicum reum iudicio conuenire intendit, 56 attamen nihilo magis ordinariæ iuriſdictioni reorum deferunt, quin paſſim eccleſiaſtici tales reos laicos, ſ. quaſcunq; etiam

E η.